

impedire praesumunt. Quare dictus episcopus nobis humiliter supplicavit, ut super hoc eius compatiens angustiis et suae desolationem ecclesiae attendentes, quae dictorum fratrum attolli subsidiis et foveri deberet, beneficiis oportunis providere de circumspectione solita curarem. Quocirca mandamus, quatinus fratres eosdem, ut ab ipsius episcopi et ecclesiae suae omnimoda molestatione desistant, ac eidem satisfaciant de irrogatis dampnis et iniuriis, efficaciter moneatis, praesertim cum apud deum et homines se de multa reddant indevotione notabiles, quod dictum episcopum, qui se manente paupere ipsos in bonis pluribus ampliasset dicitur, dampnabiliter persequuntur; et nihilominus ne ipsius iustitia prorogetur, per consuetam auctoritatem causam, et si de ipsorum voluntate processerit, fine debito terminari facientes etc. Alioquin ipsam ad nos remittatis sufficienter instructam, praefigentes eisdem terminum peremptorium competentem, quo per procuratores idoneos nostro se conspectui repraesentent, iustam dante domino sententiam recepturi. Non obstante constitutione de duabus diaetis edita in concilio generali, ita quod ultra sextam vel septimam pars altera extra suam diocesim auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur. Testes etc. Quod si non omnes, tu frater episcopo etc. Datum Laterani III. Idus Aprilis pontificatus nostri anno XIII.

Aus dem Lib. regestor. an. XIV. ep. 17. T. VII. fol. 3. im Vatican. Archiv.
Theiner vett. monum. Poloniae et Lithuan. hist. illustr. I. p. 34.

No. 121. 1241. 7. Mai.

K. Wenzel von Böhmen bestätigt zur Beseitigung fernerer Streitigkeiten die von Eingesessenen der Oberlausitz festgestellten Grenzen der bischöflichen Güter und der der böhmischen Krone.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Wencezlaus iunior rex Boemiae. Cum karissimus¹⁾ pater noster Otakarus²⁾ rex illustris, cum venerabili domino Brunone Missenensis³⁾ ecclesiae episcopo, bona fide limites inter terras Zagost et Budesin⁴⁾, viris honestis Burgardo⁵⁾ de Gnaswitz⁶⁾, Bernhardo⁷⁾ de Kamenz⁸⁾, Reinhardo⁹⁾ de Wichow¹⁰⁾, Heidenrico¹¹⁾ de Dobrus, Friderico Wirtes¹²⁾, Suikero¹³⁾, de Trelen¹⁴⁾, Cirstano¹⁵⁾ et Gerlao¹⁶⁾ de Landeschrone¹⁷⁾, Rudolfo de Godow¹⁸⁾, Hermanno de Lubchow¹⁹⁾, Florino de Gorlitz²⁰⁾, Heinrico Woisitz²¹⁾, sub debito praestiti sacramenti commiserit distinguendos, quia viri iidem²²⁾ burquardos²³⁾ terrarum ipsarum uniformiter distinxerunt²⁴⁾, nos factum idem gratum habentes et ratum, praesentis scripti²⁵⁾ et sigilli nostri munimine roboramus, auctoritate nostra regia districte mandantes, ut eadem distinctio inviolabiliter observetur in cultis et colendis et universis pertinentiis subnotatis. A Niza²⁶⁾ contra Poloniam per directum usque ad montem Yezwinche. Abinde in cumulos Kamenicopkidua. Inde in angulum Nakuthipozchaki²⁷⁾. Inde in montem Tizow²⁸⁾, abinde in Mostech²⁹⁾. Inde in sepulcrum³⁰⁾ Winichopez. Inde in rivum Quizt³¹⁾. Ibi distinctio

1) trinitatis amen. Nos Wencezlaus (Wenzeslaus D.) dei gratia rex Boemorum quartus omnibus in perpetuum. Cum clarae memoriae karissimus C. D. 2) Ottakarus C. 3) Misnensis B. C. D. 4) Budisin C. Budissin D. 5) Burchardo C. Burkardo D. 6) Gnaswitz B. C. 7) Berhardo B. Bernardo C. D. 8) Camenz B. Camenech C. Kamentze D. 9) Reinardo B. Regnardo C. 10) Wichowe B. Wichdwe D. 11) Heydenrico B. 12) Wertes B. C. D. 13) Syukero C. Swickero D. 14) Ziracle D. 15) Cirstano B. C. Christano D. 16) Gerlacho C. Gerlaco D. 17) Landeschrone D. 18) Rödolfo de Goddwe D. 19) Lvbchdwe D. 20) Gorliz B. Zgorliz C. 21) Henrico Woysitz B. Henrico Woysich C. et Heinrico de Woisitz D. 22) idem viri C. 23) burquardos B. 24) distinxerunt A. 25) scripti testimonio D. 26) Nissa D. 27) Nakuthipozchaki C. Nacuchipozchaki D. 28) Tysow C. Tiszwe D. 29) Mostet B. D. 30) sepulchrum C. D. 31) Quiz B. Quiz C. Quiz D.